



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 34. An Cajus teneatur restituere, si aliquid habeat per contractum  
injustum bonâ fide initum cum Titio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

ste aliena ditior: si autem res sua, cui pepercit, fuit  
preciosior re alienâ, quâ usus est, non tenetur  
alteri restituere nisi valorem rei, quâ usus est,  
quia non est factus ditior ex illa re aliena, sed tan-  
tum occasione illius plûs habet per rem suam  
cui pepercit, alter autem recipit, quod ex re sua  
est consumptum, Lugo d. 17. n. 11. Dicast. de  
Rest. d. 5. n. 19.

**143** §. 3. Si res aliena pereat apud possessorem  
bonæ fidei, etiamsi cum culpa ejus pereat, v. g.  
quia voluntariè combussit, nihil tenetur resti-  
tuere, non ex re accepta, quia non est factus di-  
tior, neque ex iniusta acceptance, quia cùm ne-  
sciverit esse alienam, non fecit formalem injuri-  
am alteri, ita cum communi Dicast. n. 15. & 20  
contra Adrian. & Sotum. An Cajus debeat resti-  
tuere pretium, quod ipsi dederat Titius pro ob-  
tinenda re aliqua, si Cajus hanc illi obtinuerit  
gratis, dictum est p. 1. n. 1046.

**144** Q. 34. An Cajus teneatur restituere, si aliquis  
habeat per contractum injustum bonâ fide initum cum  
Titio. R. Si postea deprehendat se ita lucratum  
esse, Less. in auct. v. Rest. cas. 5. & v. Societas offi-  
ciorum cas. un. Sav. Usura n. 8. dicunt in consci-  
entia non teneri restituere, si alio titulo tantum  
dem à Titio lucrari potuisset, v. g. per censum  
annuum, favetque Sanctarell. in Resolut. p. 1. q.  
46. n. 11., sed dicendum est teneri Titio restituue-  
re, quantum factus est ditior, si Titius præsu-  
mi non possit consensisse in hunc alterum con-  
tractum, uti recte Lugo d. 24. f. 9. Vide dicen-  
da n. 924.

**145** Q. 35. Ad quid teneatur, qui bonâ fidem fur-  
titivam